

1711 1643

Matthias Lubienki Dei ex Apostolica Sedis gratia
Archiepiscopus Inesensis Legatus Natus Regni Poloniae
Primas et Primus Princeps; Caeteroque Regni, et Magni
Lithuania Ducatus Episcopi Varaviae in Synodo Provinciali
legitime congregati.

Illustriſſimis, Illuſtris, Magnificis, Venerabilibus, Clarissimis, et
Reuerendis, et Eruditis Viris; nec non Princes et singulis cuiuscunque status et
ordinis tam Secularibus quam Ecclesiasticis ab Ecclesia Catholica Ro-
mana Dissidentibus in Regno Poloniae, et annexis eidem Provinciae exis-
tentibus, Salutem aeternam, et omnem prosperitatem.

Illustriſſimi, Illuſtres, Magnifici, Venerandi, Nobiles, Clarissimi
Reuerendissimi, et Eruditi Viri.

Inde religionis dissidium, quod hoc Regnum, annexasque illi Pro-
vincias undecum seculo fatigat, non potuit Christiani fraternitatis amoris
necessitudinem, quam vobiscum tanquam omnis Regni cives constitutam
habemus, dissolvere: neque Pastoralis de vobis sollicitudinem ex animis
nobis, quos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei
quam acquisiuit sanguine suo, unquam eximere. Quae urgente in hac sa-
cra Provinciali Varaviae Synodo, de eo imprimis deliberauimus; quomodo
vobis in omni religionis nomine doctrinaeque norma concedenda quam
accommodatissimum et gratissimum remedium proponeremus. Egitur
ubi hoc unum non inasitatum elegimus; fraternam nimirum Con-
suetudinem, seu Colloquium Charitativum: visum est vos Illuſtriſſimi, Illuſtres,
Magnifici, Erudiſſimi, Nobiles, Clarissimi, Reuerendissimi, Eruditi et vobis titulis
honoratissimi, quicumque in hoc inclyto Regno Poloniae, eique omnis Pro-
vinciae, communi iuri, legibus politicis Ecclesiae consentientes; sed doctrinae
fidei dissentientes; ad illud; Toruniam Regiam Civitatem, ad diem

decimum Octobris in Anno Styli Gregoriani Millesimo Sexcentesimo Qua-
dragesimo Quarto, peramanter invitare. Neque vero necessarium existi-
mus, multis id vobis suadere; quibus studium hoc noscitur optime ut spe-
ramus, interpretaturis, prorsus nostra voluntas consiliumque placebit: et
praeterea concordis religionis commoda non ignota, discordis contra damnata sunt
manifesta. Illud unum proficere pollicemur vobis suffecerit, imitam à no-
bis augendi honoris Dei, iuvandam animarum, stabilendam pacis publicae
rationem nemini fore praerudicissam; verè etiam consuetudinibus, immunitatibus,
Privilegijs minime exitiosam. Aderunt insuper opportune, quibus liber
et tutus cultus utriusque connectus patebit, diplomata Serenissimi Regis
et Domini nostri Clementissimi ~~quibus~~, qui ut bello inclutus ita pietatis
laude insignis, in aetatum posterorumq; omnium memoriam ibit: quod arma-
ta in suam exitum, potissimum ex causa dissonae religionis, belloque arden-
te universa Christianitate, ille fons immota undiq; pace condituta, ad
redierendam Regno Dominijq; suis religionis tranquillitatem cum ipse
Regias flexit curas, tum nos ad eandem agendas incitavit. Adent
etiam nomine nostro ad praefinitam diem locumque Marinus et Rndamus
Dnus Georgius Tyszkiewicz Episcopus Samogitia, ingenij suavissimi, et pro-
pagandi honoris Divini studiosissimus, una cum duodecim alijs viris do-
ctis, omnia modestiaque conspicuis, à nobis destinatis: qui singularem animi man-
suetudine, in spiritu lenitatis, sine clamoris disputationibus, praetermissis
oculis, etiam qualibet offensione, hos salubres vobiscum habebunt sermo-
nes. Quod si vos (uti quidem obnixè rogamus) tales quoq; deligitis, qui
candido, pacisq; Ecclesiasticae cupido animo huic intersint Colloquio; profe-
cto, quandoquidem vobis in multis fidei capitibus cum Ecclesia Catholice
videtur conuere, ubi insuper certa pro certis utrinque statuatur
ambigua liquidabuntur, verè controuersa scripturarum et primitiae Ecclesiae
alijq; testimonijs comprobabuntur; haud difficile erit Catholicam veritatem
omnibus quibus eius fulgor hactenus obscurari videbatur, depebris, et quoniam

inania sint, quae parti huic imputantur, liquido perspicere, patereque vobis
et cunctis indicare, iurene praesens secessio, et olim facta sit, et nunc continu-
etur. Si conquam fuit resumenda pacis Ecclesiasticae tempus opportunius;
hoc certe est, tot annorum pace felicissimum: scilicet, ut in hac placidissima
temporalis felicitatis malacia, tranquillis animis omnes dispiciant dulcedinem
pacis religionis: atq; alteram ex altera quaerere, et formare condiscent.

Itamini igitur hoc bono M^oni, Illudres, Magnifici, Illustri Nobiles
Clarissimi ~~Illustres~~ et Eruditi viri: ut vota nostra vertantur in gaudia, non Po-
loniae modo, et Septentrionis nostri, sed caeli vincere, sed nationum omnium,
apud quas pulchrum erit foredam religionis discordiam alibi prius cepisse,
hic prius desistere. Valete, acceptate, adeste in Domino. Varsaviae in Ep-
noto Provinciali die duodecima Novembris. Anno Dⁿⁱ Millesimo Sex-
centesimo Quadragesimo tertio.

M^oni Lubicensi, Ar^{chieps} Gnesae
suo & totius Synodi vice m^o

